



Examen VWO

Latijn



Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 | 91

Tijdvak 1
Woensdag 15 mei
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

1 — 1 Facis rem optimam et tibi salutarem si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem,
— 2 quam stultum est optare cum possis a te impetrare. Non sunt ad caelum elevandae manus
— 3 nec exorandus aedituus ut nos ad aurem simulacri, quasi magis exaudiri possimus,
— 4 admittat: prope est a te deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus
— 5 sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos; hic prout a nobis tractatus
— 6 est, ita nos ipse tractat. Bonus vero vir sine deo nemo est: an potest aliquis supra
— 7 fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magna et erecta. In
— 8 unoquoque virorum bonorum (*quis deus incertum est*) habitat deus.

2 — 9 Si tibi occurrerit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus et
— 10 conspectum caeli densitate ramorum aliorum alios protegentium summovens, illa
— 11 proceritas silvae et secretum loci et admiratio umbrae in aperto tam densae atque
— 12 continuae fidem tibi numinis faciet. Si quis specus saxi penitus exesis montem
— 13 suspenderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus,
— 14 animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita
— 15 veneramus; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet; coluntur aquarum calentium
— 16 fontes, et stagna quaedam vel opacitas vel immensa altitudo sacravit.

3 — 17 Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa
— 18 felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex aequo
— 19 deos, non subibit te veneratio eius? Non dices, „ista res maior est altiorque quam ut credi
— 20 similis huic in quo est corpusculo possit”?

4 — 21 Vis isto divina descendit; animum excellentem, moderatum, omnia tamquam
— 22 minora transeuntem, quidquid timemus optamusque ridentem, caelestis potentia agitat.
— 23 Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare; itaque maiore sui parte illic est unde
— 24 descendit. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram sed ibi sunt unde
— 25 mittuntur, sic animus magnus ac sacer et in hoc demissus, ut propius divina nossemus,
— 26 conversatur quidem nobiscum sed haeret origini suae; illinc pendet, illuc spectat ac
— 27 nititur, nostris tamquam melior interest.

5 — 28 Quis est ergo hic animus? qui nullo bono nisi suo nitet. Quid enim est stultius
— 29 quam in homine aliena laudare? quid eo dementius qui ea miratur quae ad alium
— 30 transferri protinus possunt? Non faciunt meliorem equum aurei freni. Aliter leo aurata
— 31 iuba mittitur, dum contractatur et ad patientiam recipiendi ornamenti cogitur fatigatus,
— 32 aliter incultus, integri spiritus: hic scilicet impetu acer, qualem illum natura esse voluit,
— 33 speciosus ex horrido, cuius hic decor est, non sine timore adspici, praefertur illi languido
— 34 et bratteato. Nemo gloriari nisi suo debet. Vitem laudamus si fructu palmites onerat, si
— 35 ipsa pondere eorum quae tulit adminicula deducit: num quis huic illam praeferret vitem
— 36 cui aureae uvae, aurea folia dependent? Propria virtus est in vite fertilitas; in homine
— 37 quoque id laudandum est quod ipsius est. Familiam formosam habet et domum
— 38 pulchram, multum serit, multum fenerat: nihil horum in ipso est sed circa ipsum.

6 — 39 Lauda in illo quod nec eripi potest nec dari, quod proprium hominis est. Quaeris
— 40 quid sit? animus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo;
— 41 consummatur itaque bonum eius, si id inplevit cui nascitur. Quid est autem quod ab illo
— 42 ratio haec exigat? rem facillimam, secundum naturam suam vivere. Sed hanc difficilem
— 43 facit communis insania: in vitia alter alterum trudimus. Quomodo autem revocari ad
— 44 salutem possunt quos nemo retinet, populus inpellit? Vale.

Seneca, Epistulae ad Lucilium, 41

Tekst 2a

1 _____ 1 Geen vroomheid is het, dikwijls met omhuld gelaat tot 'n altaar zich te wenden of
_____ 2 een stenen beeld, zich neer te buigen met de handen uitgespreid voor godentempels,
_____ 3 stromen bloed van offervee te doen vergieten en gebeden zonder tal, – veeleer 't
_____ 4 vermogen alles rustig aan te zien.

_____ *Lucretius, De rerum natura, V, 1198–1203 (Vertaling A. Rutgers van der Loeff)*

Tekst 2b

1 _____ 1 Wanneer wij immers opzien naar de lucht omhoog, naar 't flonkeren van de sterren
_____ 2 aan den hemeltrans, en denken aan de baan die zon en maan beschrijft, verheft zich in
_____ 3 ons binnenste de bange vraag die anders onderdrukt wordt door veel ander leed, of niet
_____ 4 een bovenmenselijke godenmacht die heldre hemellichten voor ons draaien doet.

_____ *Lucretius, De rerum natura, V, 1204–1210 (Vertaling A. Rutgers van der Loeff)*

Tekst 3

1 _____ 1 de aarts-stoïcijn Seneca, die de wijze alle hartstocht ontzegt. Maar door dit te
_____ 2 doen laat hij zelfs geen mens meer over en scheidt veeleer een nieuwe god, die evenmin
_____ 3 ergens ooit bestaan zal. Of nee, laat ik het duidelijker zeggen: hij maakt van een mens
_____ 4 een marmeren beeld, bot en volkomen vreemd aan alle menselijk gevoel. Want wie zou
_____ 5 zo'n mens niet als een monster of een spook ontvluchten en verafschuwen, een mens, die
_____ 6 doof is voor alle natuurlijke aandoeningen, die geen hartstochten kent en zich noch door
_____ 7 liefde, noch door medelijden meer laat roeren?

_____ *Erasmus, Lof der zotheid, Hoofdstuk 30 (Vertaling J.B. Kan)*

Tekst 4

1 _____ 1 Men kan ons niets doen, men kan ons werkelijk niets doen. Men kan het ons een
_____ 2 beetje lastig maken, men kan ons beroven van wat materiële goederen, van wat uiterlijke
_____ 3 bewegingsvrijheid, maar wijzelf beroven ons van onze beste krachten door onze
_____ 4 verkeerde instelling. Door ons achtervolgd, vernederd en verdrukt te voelen. Door onze
_____ 5 haat. Door brandie, die angst verbergt. Men mag best soms treurig en teneergeslagen zijn
_____ 6 door het ons aangedane; dat is menselijk en begrijpelijk. Maar toch: de grootste roof aan
_____ 7 ons plegen we zelf. Ik vind het leven mooi en ik voel me vrij. De hemelen binnen in me
_____ 8 zijn even wijd uitgespannen als boven me. [...] Het leven is moeilijk, maar dat is niet erg.
_____ 9 Men moet beginnen zijn ernst ernstig te nemen, en de rest komt vanzelf. En „werken aan
_____ 10 zichzelf” is heus geen ziekelijk individualisme. En een vrede kan alleen echte vrede
_____ 11 worden later, wanneer eerst ieder individu vrede in zichzelf vindt en haat tegen

¹² medemensen van wat voor ras of volk ook uitroeit en overwint en verandert in iets dat
¹³ geen haat meer is, misschien op den duur zelfs liefde, of is dat misschien wat veel geëist.
¹⁴ Toch is het de enige oplossing.

—
—
—
Etty Hillesum, Het verstoorde leven, p. 100–101

Tekst 5

Inleiding

Seneca maakt Lucilius duidelijk dat het voor iedereen nodig en nuttig is zich op de filosofie toe te leggen.

Tekst

1 — 1 Dicit aliquis: „Quid mihi prodest philosophia, si fatum est? Quid prodest, si deus
— 2 rector est? Quid prodest, si casus imperat? Nam et mutari certa non possunt et nihil
— 3 praeparari potest adversus incerta. Sed aut consilium meum occupavit deus decrevitque
— 4 quid facerem, aut consilio meo nihil fortuna permittit”.

2 — 5 Quidquid est ex his, Lucili, vel si omnia haec sunt, philosophandum est. Sive nos
— 6 inexorabili lege fata constringunt, sive arbiter deus universi cuncta disposuit, sive casus
— 7 res humanas sine ordine impellit et iactat, philosophia nos tueri debet. Haec
— 8 adhortabitur, ut deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter. Haec docebit, ut deum
— 9 sequaris, feras casum.

—
—
—
Seneca, Epistulae ad Lucilium, 16, 4–5

Aantekeningen

regel 2 **certa** dingen die vaststaan
regel 3 **occupare** van te voren bepalen
regel 5 **esse** (tweemaal) waar zijn
regel 6 **arbiter universi** Praedicatieve bepaling bij deus.
regel 8 **contumaciter** onder protest

Einde